

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7616

Auteur(s) : Robert Courteuse, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1088-1091]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

(a) Le 7 juillet 1088, Robert [Courteuse], duc de Normandie, étant sur le point de passer en Angleterre, il restitue à Fécamp et libère de tous les droits séculaires, des terres de William de Bec, de Hunspath et de Hunloph, des biens à Ignauville, à Bures et à Bouteilles et une terre sise à Fécamp que son père avait prise de l'abbaye.

(b) Ensuite Robert donne à l'abbaye une foire à Fécamp qui dure autant que la pêche du hareng, ainsi que un pré pour la laiterie des moines.

(c) 1089-1091, Robert, ayant vaincu Robert de Mortain, fils de Guillaume de Bec et donné sa terre à Gohier, la restitue de nouveau à Fécamp et investit l'abbé « par lignum ».

Tableau de la tradition

Original

A_{ab}. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 11bis (Engel 6/b).

A_c. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 11 R001 (Engel 6/a).

Éditions principales

a. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix E, n° 4, p. 287-289.

Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Catalogue, n° 20-22, p. 69.

Texte établi d'après a

(a) [In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione Domini millesimo] LXXXVIII mense Iulio septima die mensis feria vi. [ego Robertus] Dei gratia [dux et princeps Normannorum pro salute] anim# me# et patris mei W. regis Anglorum matrisque me# Mathildis regin# [et aliorum predecessorum meorum reddo et] concedo ecclesi# Sancte Trinitatis Fiscanni et abbati Willelmo Dei providentia [eiusdem ecclesi# preordinato pastori terras illas qu#] antea de casamento pefat# #cclesi# subtract# fuerant : scilicet totam terram [Willelmi de Becco quam tenebat de me, simili]ter terram Hunspathi et terram Hunloph de Mamolins et totam terram de Hisnelvilla [et quicquid ad eam pertinet decimamque molen]dinorum de Buris et duos burgenses cum duabus salinis in villa qu# dicitur [Butellias terramque burgensium Fiscanni quam] pater meus ira commotus ante obitus sui diem subtraxerat ab eadem #cclesia. Has autem [terras reddo et concedo quietas de gravaria] et ab omni laicali

consuetudine consilio et nutu Henrici fratris mei aliorumque [obtimatum meorum quorum subscriptione] presens carta roboratur.

[Si+gnum Rotberti comitis Signum + Gisleberti episcopi Ebroicensis]

Si+gnum Henrici comitis +Signum [Willelmi monachi de Archis].

(b) [Ego qui supra Rotbertus Dei gratia dux et princ]eps normannorum [concedo] Sanct# Trinitati et #cclesi# Fiscannensi in ipso loco Fiscanni [apud #cclesiam Sancti Stephani nundinam unum qu# vulgo] feria dicitur omni anno quandiu captura haringorum duraverit. Et ut [h#c mea concessio firma maneat signi mei auctorita]te firmavi et fidelium meorum quorum inferius nomina annotata sunt [attestatione roboravi. Hi sunt] Helias de Sancto Sydonio, Bernardus de Brus, Willelmus + filius Girardi, et Willelmus Grenet. Ex parte Sanct# [Trinitatis : Willelmus abbas, Iohannes cellerarius], Willelmus Malus conductus, et Ingelrannus. Concedo etiam quoddam pratum quod Grandis campus vocatur ad vacariam unam faciendam ad opus monachorum.

(c) Post h#c omnia consurrexit adversum me et adversum abbatem Fiscanni Rotbertus de Moritania filius Willelmi de Becco et in ipsa terra quam de Sancta Trinitate et Fiscannensi abbate tenebat castrum firmavit et servitia qu# terra debebat contratenuit. At ego Deo auxiliante pariter et fidelibus meis annitentibus non solum eum conquisivi verum et castrum ipsum destruxi simul et incendi et terram illam Gohero dedi. Quod abbas de cuius feodo terra erat audiens me inde requisivit, dicens quod terra illa de dominio sancti antiquitus fuerit et quod ego eam quando in Angliam transire debui cum aliis terris ecclesi# reddiderim. Hoc ego verum esse cognoscens simul et volens ut suum sancto maneret, Fiscannum veni et terram illam cum aliis terris ac rebus qu# in alia carta annotat# sunt Sanct# Trinitati reddidi et dedi et inde donationem hoc lignum in manus abbatis misi et utramque cartam sigillo meo auctorizavi, et hoc ideo feci nequis de cetero existat qui dicere possit quod terra ista de dominio sancti non fuerit et quod ego eam #cclesi# non reddiderim et donaverim.

Signum Rotberti + comitis Signum Ranulfi + abbatis Sagii.

Ad hoc barones mei testes fuerunt Goherus, Rotbertus de Donestavilla, Radulfus de Grainvilla, Gislebertus filius Raineri, Willelmus filius Girardi, Willelmus Grenet, Rotbertus filius Turstini, et Gislebertus Belet. Ex parte Sanct# Trinitatis : Willelmus abbas, Willelmus filius Teoderici, Rogerius de Scilletot, Ricardus Harela, Iohannis cellerarius, Willelmus Malus conductus, Hugo de Ichelunt, Ancherus de Nevilla, Ansfredus Bordet, Ingelrannus et Hugo Gohun.